

ab illis non liberaret. Hoc ipsum dici potest de sancta Catharina; ubique, & quocumque tempore operatur miracula; quocumque se conferret, nunquam potestas hac ab ea recedebat: omniaque ejus itinera aliquibus prodigiis erant connotata. P. Senault Oratorii.

Vita Sanctae hujus non alius est profecto, quam series non intermissa miraculorum, & ipsa quoque jage miraculorum fuit. Amisit illa gustum, ac Angelorum pane dumtaxat vulgo, atque uti superadictum est, Angelorum pane dumtaxat vescabatur. Semel a Quadragesima initio ad Ascensionem usque omni carni esca, Omnibus hinc gratis adeo insignibus adhaerens Deus donum intellectus, & sapientiae, quapropter habita fuit tanquam sui facili Oraculum. Diversa opera, quae illius nomine inscripta, supersunt, praefertim vero Epistolae ad Summos Pontifices, Cardinales, & Principes, sunt eximia argumenta sublimitatis ingenii ejusdem, elegantiae & eruditionis.

Præter quam quod Dei Filius sæpe suam illi aperiebat puritatem in ea in lace, quae Beatorem felicitatem conlucit, eamque is cumulabat deliciis, quibus Angeli perfruuntur in calis in aspectu faciei ejus; in quem desiderant Angeli prospicere. Illam ipsam uti dicam, transfigurabat; illi partem gloriae suae communicabat, illam tot luminibus amiciebat, ut qui ad illam accederent, perfringerentur. Modo illum in aërem attollebat, & videbat ostendere velle, corpus illius spiritualibus potius, & quam terrenis qualitatibus consistere, modo illum ab omnibus necessitatibus vitae hujus mortalium immuncem præstabat, & quamvis hac adhuc in terris versaretur in antecessum caelestibus privilegiis gaudebat; ac videbatur Filius Dei in arrham amoris sui eidem splendorem, ac majestatem suam communicasse. Non est itaque, cur mirari incomparabilem hanc Virginem admirationi fuisse uiverto erga Christiano; quoniam Salvalor per excessum caritatis orbi illam, omnia mundi admirabilia in eadem collegisse videbatur. Ex Patribus Cræster, atque Senault Oratorii.

Vita adeo excellens, ac prodigio proxima incomparabilis sanctae Catharinae Senensis nonnulli pretiosa morte concludi poterat. Simul ac tenuit se mortali morbo affici, quem labores, assidueque austeritates pepererant, agon illius non

aliud fuit, quam crebra suspiria, quammētis ejaculationes in Deum, quam pii in calum conatus, atque divini amoris ardores, & relinquentis omnibus fororibus, quibus praeerat, admirabile exemplum praefantissimam virtutum, curis, itineribus, laboribus, pro Dei gloria Ecclesiaeque utilitate susceptis, sanctissimam affavit animam profertem verba eadem, quae Dei Filius in cruce protulerat; In manus tuas, Domine, commendo Spiritum meum.

Præcipue quom mundus univversus ex Sanctae hujus nostrae vita percipere potest, est, omnes ad eam imitantem vires exerere. Diversae conditiones vitae praecleara ibi virtutum omnium exempla reperient. Virgines ibi animadvertere poterunt, quo pacto illustris hac Virgo a matre sua coacta (quoniam illi in faculo nuptias comparare adnotabatur) ut se comeret, ornaret, & naturalis oris veneres excoleret, quibus abunde erat praedita; ubi in oratione cognovit quantum hac vanitas displiceret Deo, hanc imbecillitatem tanquam grave aliquod peccatum perhorrensens, quotannis magna cum lacrimarum copia illud confessa est. Coenobita, ac Santhimoniales ex Sanctae nostrae vita poverunt colligere exempla jugis solitudinis, & omnimode averfionis a mundo, perfecta omnium sensuum suorum mortificationis; & minus possunt illidem frui calis deliciis, quibus Virgo nostra frui conseruaret; debent saltem cupere hanc cordis communicationem cum Deo, ut semper sint paratiores ad obsequia status sui munera, & ejusque voluntatem faciendam. Verum est, me vereri, ne vobis in tabula proponens imaginem Virginis tanta sanctitate praestantis, eam nequam exhiberem in suis coloribus, qui ad illam imitandum vos allicere valeant; & forsalle vita magis communis vos facilius ad imitationem excitalet. Sed credidi quantumvis insignes essent incomparabilis hujus Virginis virtutes, illis se facilius in praxim redigendas esse, quia omnes in eo versantur quod in nostra stum est potestate, & a quo nolmet dispensare minime possunt, ex eo videlicet, quod non met penitus Deo devotamus. Hoc illi quotidie pollicemur; hoc Deo potissimum pollicemur, qui, & quae Religiosum vivendi genus profertentur, id unum satis est ut ad altissimum Sanctitatis fastigium attolamur. Conemur igitur id adimplere, si eandem speramus felicitatem, quam incomparabilis Catharina consecuta est. Auctor recent.

# PRO SANCTI JACOBI MINORIS PANEGYRICO. MONITUM.

**B**ona fide fateor Sanctum Jacobum Minorem hoc in loco perperam asserri juxta illud consilium, quod re adhuc integra mihi proposueram, initium faciendi hinc collegeris meis ab his Sanctis de quibus Novorum loquitur Testamentum. Proculdubio cum magnus iste Sanctus fuerit frater Domini; videlicet proximus ejusdem agnatus, a S. Paulo inter Apostolos relatus, atque inter eosdem insigni propter auctoritatem, quae pollebat, & propter pretium in quo ab ipsis Apostolis habebatur, ille denique, cujus in sacro textu tanto cum honore fit mentio, profecto pratermittendus non erat, & multo minus extra mihi propositum ordinem collocandus. Perturbationis hujus mihi causa fuit, fateor equidem nimis leviter incidisse in recentium quorundam Criticorum sententiam, qui Ecclesiae Graecae opinionem secuti, distinguunt S. Jacobum Alphae unum ex duodecim, & S. Jacobum fratrem Domini, & Hierosolymae Episcopum, tanquam viros duos, ideoque Sanctum nostrum ex numero Apostolorum expungentis, licet palam S. Paulus illum hac dignitate praeditum memoret. Sed post excussas Latinorum rationes, hac in re a Graecis dissentientium, credidi errorem meum mihi reparandum esse, ac sequendam opinionem Biblis magis conformem, & Sanctorum Patrum sententiam consonam: cum aliunde nihil nos credere cogat, alium extitisse Jacobum filium Alphae praeter S. Jacobum Fratrem Domini.

## PARAGRAPHUS PRIMUS.

Multiplex Sermonum hujus argumenti Synopsis.

Alium Apostolorum vidi neminem, nisi Jacobum fratrem Domini. Ad Gal. 3.

Sanctus Jacobus Minor nuncupatus considerari potest sub triplici titulo vel qualitate, quae illum ab aliis fecerunt; eique tribuant locum amplissimum inter omnes Salvatoris discipulos.

Harum princeps fuit esse fratrem Jesu Christi, videlicet proximum ejusdem agnatum, & prope Judae loquuntur. Hoc nomen honorisque titulum retribuit illi sanctus Paulus in Epistola ad Galatas: Alium Apostolorum vidi neminem, nisi Jacobum fratrem Domini; qua re ab his omnibus distinctus fuit inter alios, qui Dei Filium sequebantur. 1. Ob quamdam oris similitudinem, quae res illi tantum conciliabat reverentiam, ut post mortem Salvatoris illi, quibus non contingerat oculis suis intueri Deum-Hominem, peculiari solatio afficerentur illum considerantes in eo, qui animata gestabat lineamenta similitudinis ejus; eo usque ut S. Ignatius Martyr, in Epistola quadam hac verba scribat, unde liquet, quantum observantia, ac honoris hac vultus similitudo illi peperisset: Volo ascendere ad partes Hierosolymae, & videre venerabilem Jacobum, vitam, & facie Christo similem.

2. Ob quamdam vitae, morumque conformitatem, quandoquidem praestantissimas illius virtutes exercebat, ac se in actibus omnibus praebat similem diviso prototypo, qui ob ejus oculos obverfabatur, ne degeneraret a sanctitate illius, cujus frater appellabatur. 3. Per communicationem gloriae quae illi cedebat tanquam ex eadem progenie; atque ita honor, qui Dei Filio adhibebatur, tanquam Filio David ac ex boibe Regum Israel sese late effundebat in Jacobum, qui ex eadem regna stirpe, ac gemine tanquam ejusdem familiae filius descendebat.

Qualitas altera fuit Apostoli; hoc enim nomine illum S. Paulus appellat in verbis superius allatis. Alium Apostolorum vidi neminem, nisi Jacobum fratrem Domini. Qua in re inter ceteros Apostolos hoc ille missios privilegium consequutus est, quia sortito illi in partem obivit civitas Jerusalem, & reliqua Judaea, quae praecipuum extiterat zeli Domini obiectum; quemadmodum ille ipse dicebat: Non sum missus, nisi ad oves Israel. Itaque dici potest ille destinatus fuisse ad triumphos Christi Jesu servandos: Praeceptor salutarium Christi sui est: cum delata ipsi fuerit provincia urbem illam regendi quatenus primo ejusdem Episcopo, & peculiari ejusdem pastoris qui populum hunc aluit pabulo verbi, & exemplo virtutum ipsius; quod non prohibuit, quominus late zelum verbis exenderet in Epistola quam scribit ad omnes gentes, & quae est quoddam veluti compendium omnium Evangelicorum institutorum.

Ter-

Tercia denique est Martyris qualitas, in qua ipse privilegium hoc nactus est, inter eos, qui passi sunt pro nomine, & gloria Jesu Christi, quippe peculiari pacto pro fide mortem subiit; testimonium quae quod illi perhibuit, fuit causa mortis illius; & hanc habuit cum Salvatore similitudinem, quia obiit, cum pro interfectorebus suis deprecaretur. Quidquid gloriosius dici potest de Sancto Jacobo Minori ad tria redigitur, ac hominis dignitatem, ad vitam sanctitatem, ad eam in Ecclesiam meritam.

1. Quod hominis dignitatem, appellatur Frater Domini, videlicet secundum Judaeorum styllum, patrelem & proxime agnatum Filii Dei. In hac qualitate dici potest cumulatus fuisse gratis prorsus singularibus, evehus enim fuit ad Apostoli dignitatem, ac inter Apostolos fuit tanquam Apostolus Judaeorum, videlicet Pastor gregis Domini, & ille, cui post Salvatorem ipsum demandata fuit peculiaris ius populi cura, quem Jesus Christus per se erudierat, & excoluerat.

2. Quod ad vitam sanctitatem, vulgo iustus appellatus fuit, velut ille, qui virtutum omnium insignia praebuit exempla. In vita ejus majorem habuit similitudinem praeteris cum vita Salvatoris; unde profecta est illa veneratio, in qua apud Christianos erat, & asque etiam apud Judaeos, qui religio Apostolorum oderant, & persequebantur, sed qui hunc colerant propter sanctitatem, pietatem, & in precibus assiduitatem; quoniam propter has omnes virtutes unum illi fas erat ingredi in Sanctuarium. 3. Magna illius in Ecclesiam merita tertium illud constituunt, quod considerari potest. Habebat ille tanquam una ex columnis Orientis Ecclesiae, quemadmodum sanctus Paulus testatur. Ejus consilio omnes in primo Concilio adhaeserunt. Doctrina, qua redandar epistola, est veluti compendium Evangelicorum dogmatum, & ostendit zelum, quo ille accessus fuit in fide, & divinitate J. C. asserendam.

Offendi possunt privilegia, quae S. Jacobus nactus est, quatenus Frater Domini, hoc est proximus ejusdem consanguineus.

1. Peculiari Salvatoris erga ipsum Caritate connotata favoribus, quibus actus fuit.

2. Illi amplissimum collatum fuit munus illud ipsam, quod Dei Filius, quoad vixit, exercebat.

3. Illi potior collata fuit pars passionum Domini peculiari martyrio, quod habendum est inter maximas gratias, quas Deus conferre potuit iis, quos majori caritate profertentur.

Immortari possumus in sola qualitate Fratris Domini, ac ostendere.

1. Ipsum tanquam proximum ejus consanguineum in venis habuisse sanguinem Salvatoris; quae res illi contulit oris, morum, studiorumque similitudinem, eique Sanguinis hujus fructum applicuit per gratias, quarum est tanquam fons, & quae hac via illi communicatae fuerant.

2. Applicuit illi fructum ejusdem sanguinis concivibus suis quorum extitit Apostolus, & Pastor, & quorum saluti, atque conversio adlaboravit.

3. Hunc eundem sanguinem glorioso effudit martyrio, ac testimonio, quod per mortem suam Salvatori perhibuit.

## PARAGRAPHUS II.

Ventes, unde haurit copia potest ad propositum Sermonum Synopses exornandas, & Auctores, qui de hoc agunt argumento.

Eusebius in Epist. Pauli ad Galatas, ostendit quo pacto Sanctus hic fit frater, hoc est Salvatoris consanguineus. Erodus veteris auctor apud Nicephorum l. 2. cap. 3. alique hoc ipsum dicunt.

Glicias de hoc loquitur tanquam primo Hierosolymorum Episcopo, licet ab eo inter duodecim non memoretur.

S. Joannes Chryostomus Hom. 5. in Matth. paucis describit autem Sancti hujus vitam, & effectus mortificationum ejus.

Metaphrastris illius editit vitam, quae a sarjo referuntur.

Serius, ad Kalendas Maji de hoc loquitur, sed Metaphrastris dumtaxat vitam asfert.

Baronius tomo primo Annalium, & in Annotationibus in Martyrologium.

Bolandus praeter vitam Sancti hujus refert argumenta partis utriusque in controversia, utrum S. Jacobus dicitur Frater Domini alius sit ab eo, qui in Evangelio filius Alphae nominatur.

Tillemontius eandem solide quaestionem agit, & in dictione a Bollandis dissentit.

Fleury in tomo primo Ecclesiasticae Historiae de hoc verba facit.

Baillet ad primum Maji tenet S. Jacobum Apostolum non esse distinguendum ab illo, qui Frater Domini dicitur.

Biroat in Sermone de hoc Sancto totum ejus Elogium repetit ex eo, quod fuerit custos Sepulchri Domini.

P. Senault Oratorii simul S. Philippi, & Jacobi laudes conjungit tomo primo Panegyricorum.

Auctor Elogiorum historicorum in tomo primo hoc ipsum facit.

Molinier tomo 2. de Sanctorum Festis, utrumque conjungit, sed altera Sermonis pars tota ad S. Jacobum pertinet.

In Specimine Panegyricorum tria adfunt compendia sermonum de duobus istdem Sanctis.

P. Novet in vita Jesu Christi in Sanctis suis meditationem habet de Sancto Jacobo Kalendis Maji.

P. Croiset in Aestheticis Exercitiis pro Mense Mayo paucis colligit quaecumque dici possunt de Sancto Jacobo.

## PARAGRAPHUS III.

Loci, exempla, figurae, & applicationes Scripturarum huic argumento.

Loci, qui ad hunc Sanctum pertinent.

1. Litorum Apostolorum vidi neminem nisi Jacobum fratrem Domini. Ad Gal. 3.

Cum agnosceret gratiam, qua data est mihi, Jacobus & Cephas, & Joannes, qui videbantur columna esse, deceteris mihi adhaerent, & Barnaba societatis. Ad Galat. 2.

Postquam tacuerunt, respondit Jacobus, dicens: vixi frater, audite me. Propter quod ego iudico non inquietari eos, qui ex gentibus convertuntur ad Deum. Act. 15.

Deinde visus est Jacobo, & plusquam trecentis fratribus. 1. Cor. 15.

Jacobus Dei, & Domini nostri Jesu Christi serens; Frater autem Jacobi, Epist. Iad.

Maria Mater Jacobi Minoris. Marc. 15.

Loci, qui ad ipsum applicari possunt.

Talis decebat, ut natus esse Pontifex, Sanctus, impollutus, segregatus a peccatoribus. Hebr. 7.

Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. Matth. 11.

Mortificationem Jesu in corpore nostro circumferentes, ut & vita Jesu manifestetur in corporibus nostris. 2. Corin. c. 4.

Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Matth. 6.

Qui Christi sunt carnem suam crucifixerunt cum vixit, & concupiscentis suis. Ad Galat. 5.

Propter te mortificamus tota die, estimati sumus sicut oves accisionis. Psalm. 43.

Qui odit animam suam in hoc mundo, & in vitam aeternam custodit eam. Joann. 11.

In lege Domini voluntas ejus, & in lege ejus meditabitur die a nocte. Pl. 1.

Ille erat lucerna ardens, & lucens. Joann. 5.

Vinum, & siceram non bibit. Luc. 1.

Majorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Joann. 15.

Addimus hoc loco verba ipsa ex Epistola Catholica S. Jacobi, quae complectitur praecipuas veritates morales Christianae Religionis.

O mne gaudium existimate fratres, cum in variis tentationibus incidistis, scientes, quod probatio vestra fidei patientiam operatur. Epist. S. Jacobi c. 1.

Si quis vestrum indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei. Ibidem.

Beatus, qui sustinet tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitae, quam repromisit Deus diligenti bus se. Ibidem.

Glorietur frater humilis in exaltatione sua, dives autem in humilitate sua. Ibidem.

Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis abumbratio. Ibid.

Si autem amnis homo velox ad audiendum, tardus ad loquendum, & tardus ad iram. Ibid.

Estote autem fallentes verbi, & non auditores, fallentes vosmetipsos. Ibid.

Si quis auditor est verbi, & non factus, comparabitur vitro consideranti vultum narcissae suae. Consideravit enim se, & abiit, & statim oblitus est, qualis fuerit. Ibid.

Si quis putat se Religiosum esse, non refringens linguam suam, sed seducens eam suam, hujus vana est Religio. Ibid.

Nolite in personarum acceptione habere fidem Domini nostri Jesu Christi. Ibid. c. 2.

Sic & fides, nisi habeat opera, mortua est in semetipsa. Ibid. Unus-



*Vir duplex animo inconstans est in omnibus vitiis suis.* Cap. 1. *Nemo cum tentatur dicat, quoniam a Deo tentatur? Deus enim tentator malorum est: iste autem neminem tentat.* Ibid. *Unguisque vero tentatur a concupiscentia sua abstractus, & illud.* Ibid.

*Nemo Deus elegit pauperes in hoc mundo, divites in fide, & heredes regni?* Idem c. 2.

*Quoniamque sciam legem servavisti, offendas autem in uno factus es omnium reus.* Ibid.

*Quid proderit, fratres mei? si quis dicat fidem se habere, opera autem non habent?* Ibid.

*Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir.* Idem cap. 3.

*Lingua ignis est, universas iniquitatis.* Et Idem cap. 3.

*Ubi zelus, & contentio, ibi inconstantia, & omne opus primum.* Idem.

*Petitis, & non accipitis, eo quod male petatis: ut in concupiscentiis vestris insulamini.* Idem c. 4.

*Nescitis quia auctoria hujus mundi inimica est Deo: quicumque volaverit amicus esse sacculi hujus, inimicus Dei constituitur.* Ibid.

*Qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem, detrahit legem, & iudicat legem.* Ibid.

*Ante omnia autem vultis jurare neque per calum, neque per terram, neque aliud quodcumque iuramentum.* Et Idem c. 5.

*Multum valet deprecatio iusti assidue.* Ibid.

Loco Biblii, qui S. Jacobo convenire possunt quatenus Apollolo, Episcopo Hierosolymitano, Martyri, & Doctori,

**L**ux oris est iusto, & relictis conditio. Pl. 96.

*Nimis honorati sunt amici tui, Deus, nimis confortatus est principatus eorum.* Pl. 138.

*Vivis Dominus, quia quodcumque dixerit Dominus, hoc loquar.* 3. Reg. 22.

*Dominus dedit mihi linguam eruditam, ut sciam suscitare eum, & loquar.* Ps. 145.

*Requiescit super illum spiritus sapientie, & intellectus, spiritus consilii, & fortitudinis, spiritus scientia & pietatis, & nequibit cum spiritu timoris Domini.* Isaia 11.

*Sicut erudit filium suum homo, sic Dominus Deus tuus erudit te.* Deuteronomio. 8.

*Petitis hic ad oves, quae perierunt domus Israel, Matth. 10. Cuius autem tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quis loquamini.* Idem Ibidem.

*Ego dabo vobis et, & sapientiam, cui non poterunt resistere.* & contrahere omnes adversarii vestri. Luc. 21.

*Vobis potentia vestra possidebitur animi vestri.* Idem Ibid.

*Pater datus est vobis in signum regni colorum.* Matth. 13.

*In hoc clarificatus est Pater meus, ut fructum plurimum afferat, & efficiamini mei discipuli.* Joana. 15.

*Venit hora, ut omnis, qui interfecit vos, arbitretur obsequium se praestare Deo.* Joana. 16.

*Iste palam faciet discipulum doctrinae suae, & in lege testamenti Domini gloriosabitur.* Eccli. 39.

*Dabo vobis Pastorem iuxta cor meum, & pascet vos scientia, & doctrina.* Jerem. 3.

*Mea doctrina non est mea, sed eius, qui misit me.* Joana. 7.

*Filius Sion exultate in Domino, quia dedit verbis Doctorem iustitiae, & descendere faciet ad vos in imbrum matutinum.* Joel. 2.

*Omnis populus venit ad eum, & sedens docebat eos.* Joana. 8.

*Sicut Pastor gregem suum pascet, & in bracciis suis congregabit ovem.* Isaia 40.

*Qui misericordiam habet, docet, & erudit quasi Pastor gregem suum.* Eccli. 18.

*Ego sum Pastor bonus: bonus Pastor animam suam dat pro ovibus suis.* Joana. 10.

*Ego sum Pastor bonus: & cognosco oves meas, & cognoscunt me meae.* Idem Ibid.

*Oves mea vocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequantur me.* Idem Ibidem.

*Qui fecerit voluntatem Dei, hic frater meus, & soror mea, & mater eius.* Marc. 3.

*Signa Apollolus mei facta sunt super vos, in omni patientia, in signis, & in prodigiis, & virtutibus.* 2. Corinth. 12.

Exempla, & Figura ex Scripturis desumpta.

S. Jacobus Episcopus Hierosolymitanus cum fratre suo Iacobo.

**S**anctus Jacobus cum Iudorum populo ita se gessit ut alim Amos Propheta, qui cum maximo dolore confectus videret carnivoros bellas undique irruere super gregem suum, procuravit altem quoad potuit, majorem illius partem tueri. Quomodo se evasit pastor de ore leonum duo crura, aut extremum articulum sic eruenit filii. (Amos. 3.) Simili ratione S. Jacobus Propheta zelum, atque dexteritatem imitatus, videns partem unam occalluisse, conatus exierit suos ut alteram in tutum adducat. Zelo ejus respondit eventus, & singulari Dei gratia spem ipsam superavit. Lenitas ejus, gravitas, oris assiduitas, patientia in perfectionibus, humilis submissio in adversis, integerrima iustitia celebrata, virtus imitatio fama, & bonus odor factitatis, qui late in omnem Hierosolymam te effuderat, dociles praebuerunt Sancti hujus Apolloli documentis populus suapte natura indociles, & si minus potuit eximitis virtutibus suis, & acribus adhortationibus to-

tum Filii Dei gregem tueri, magnam saltem illius partem servavit.

S. Jacobus minor fuit alter Joannes Baptista, quoniam perfectam habuit similitudinem cum Sancto hoc Jesu Christi praefuror. Per traditionem in pluribus Ecclesiis creditur hic ab utero matris sanctificatus fuisse, ut olim Jeremias Propheta, & sanctus idem Baptista. Sanctitati animae hujus Apolloli respondebat sanctitas corporis, quoniam non fecus ac Sanctus Praefuror, toto vite suae tempore perfectam servavit continentiam juxta S. Epiphanius testimonium; auferitis vite eadem protus erat, ita ut quicumque eum viderent, statim admirarentur. Nunquam carnem gustavit, nunquam vinum bibit, nec siceram, neque alios id genus liquores, qui afferre valent ebrietatem. Leguminibus vescabatur; aqua simplex potum illi praebat, vel si quis potui immiscebatur, erant lacrimae, quas devotionis pietas jugiter ex ejus oculis diciebat. Lineis dumtaxat vestibus induebatur; nudis incedebat pedibus, quos balneis urebatur, licet mos hic in Oriente obtineret. Jugis erat ejus oratio; anima ejus semper in Deum erat elevata. Genus illius orando occultauerat, & S. Jo. Chrysolomus testatur frontem illius callum obdixisse, facie enim in terram demissa orare consueverat. Vita haec adeo sancta talem illi celebratam fecerat, ut sicut omnes in desertum sese conferentes Sanctum Joannem Baptistam de vite ratione instituta consulerit, ita omnes undique sanctum hunc Apollolum consulabant in rebus dubiis vel arduis tamquam Oraculum; & si Joannes effecit, ut Salvator cognosceretur in Mundo, tunc cum inter homines versabatur, S. Jacobus conabatur persuadere fumis aequae ac imis, hanc esse hominem crucifixum, quem legem oportebat, & qui vere filius erat Dei, quemadmodum S. Joannes praedixerat.

S. Jacobus multum habuit similitudinis cum S. Joanne quoad modum vitae, vivendi, & officium.

S. Jacobus minor comparatur quare illi, qui cum tribus pueris vixit in fornace Babylonis.

In tertio Danielis Propheta capite legimus, postquam tres pueri Hebraei coniecti fuerant ad Nabuchodonosor imperium in fornacem, cumque Regi nuntiatum fuisset, illos inter flammam innocuos alacriter deambulare, hoc nuntio stupens factum voluisse fieri oculatum hujus prodigii testem. Sed illius stupor magis magisque percrebuit, ubi inter illos quartum deprehendit, memorat Scriptura, similem illo hominem. Quid hoc S. Jacobo Minoris convenientius? Tres illi Hebraeorum pueri erant Sancti Petrus, Jacobus, & Joannes in tribulationem fornace positi, praefertim vero post obitum Redemptoris, & nostri Apolloli, qui & ipse erat in illa fornace, est ille quareus similis filio hominis videlicet Salvatoris, qui se ipsum in Scripturis tali nomine appellat. Et profecto Sanctus hic vir praeter ceteros hoc habebat singulare, quod facie similis esse filio Dei; tantaque erat haec similitudo, ut Judas proditor veritus, nec Judas hunc pro Jesu Christo caperent; dedit illis in signum osculum crudele, ut eum traderet in manus eorum. Sed illum etiam magis gloriosa similitudine imitatus est, moram videlicet integritate, & puritate; nec non vitam sanctitatem, quam populus ita admirabatur, & venerabatur, ut caterivam homines ad illum confluerent tamquam ad Salvatorem ipsum, cum adhuc viveret, ut similibus vestimentorum ejus attingerent. Tanta erat opinio, quae de illius virtute, ac sanctitate percipiebatur, ut ille sibi iusti nonum promeruerit, nonum, quod adeo digne replebat, sicut in omnibus imitabatur filium Dei zelo salutis hominum, Evangelii praedicatione, caritate ergo egenos, & miseros, ceterisque Boni Paitoris officiis, quibus adeo egregie perfundus erat Pastor ille bonus, qui pro ovibus suis animam dederat.

Non sunt ultra duodecim Hebraeorum Patriarchae, ex quibus tot descendunt progenies, in quibus inventi fuerunt duodecim mille signati. Non sunt amplius duodecim lapilli Sacerdotalibus Aaronis indumentis affluti. Non sunt amplius duodecim Principes delecti, ac separati ex Tribubus a Moyse illorum Capite. Figura ita pertinetur; minus designabant nobis duodecim Apolloli, qui ex his plures inferunt praedestinatos, quam duodecim Patriarchae pro sua fecunditate. S. Jacobus quaedammodo vexillum exultit inter Apollolos, tum ut illos excitaret, cum ut illis esse exemplo, ostendendo pro illorum regimen primae illius Ecclesiae cui praerat, quomodo illis alia terrarum Ecclesiae regenda essent, Hierosolymitana, cui S. Jacobus praerat, prima instituta fuit, juxta quam reliquae Ecclesiae erant admittitrandae, modesta, zelus, Caritas hujus Pastoris erat veluti fons, ex quo illi hauserunt, ut alibi odorem earundem virtutum Apolloliarum effunderent. Dicere poterat aliis Apollolis, qui mundum integrum sibi erant divisiuri; ut ibi Salvatoris regnum constitueret; *Insipite, & fac secundum exempla, quod vobis in mente monstratum est.*

Privilegia peculiaritatis quae hunc rivum dicitur S. Jacobus, ab hac Salva-toris co-gnatione.

Primus laudum fons, quae hominibus tribuantur, plerumque ex generis nobilitate desumitur; si praefertim a nobilibus familiis ortum duxerit, quae vel ob praclaras virtutes suas, & recte facta inclamantur, idque ex triplici causa. Primum, quia genus inde sortiti sunt, & mundus opinatur, consanguinitatem, ac affinitatem esse gloriae quamdam communicationem. Secundo, quia illi, qui ex eadem existunt familia, creduntur eadem habere studia; & fecum offerre characterem similitudinis in mente, atque ingenio. Tertio, quia amicitia, quae vulgo a natura proficiscitur, efficit haec sympathica foedera, per quae aliorum bona ad alios se extendant. S. Jacobus minor factus filius fuit, eo quod per naturalem cum Filio Dei affinitatem, in ordine cum naturali-

rum morali, tum gratia; in quo affinitas ista suam habet terminam, tres has prerogativas consequens est.

Diversi unius Familiae rami diversis curiis ex eodem fonte manantibus comparantur. Atque eadem in fonte fuit, anque eadem in rivis plures dilaberunt; atque tunc etiam cum de qua est, servat adhuc aliquid ex prima unione; semperque retinet eadem rationes in canalibus, in quos se effudit. Similiter dicitur postquam Patres, & Avos, qui primi sunt familiae fontes, in semet colligere sanguinem in filios, postea quoque effundendum; qui tamen in hac divisione eadem, quas ante, rationes conservat. & dicit potest, cum semel conjunctus fuerit in communi rivum illum fonte, eumdem tempore permanere. Ita nobis persolvatur, cum semel conjunctus familiae dilinatum primum fuisse in Sanctis Iosachia, & Anna, hinc in rivulos duos divisam fuisse, cujus alter miraculose fluxit in venas purissimas Sanctissimae Virginis, ut inde in illas Jesu Christi deflueret; alter vero transiit in venas Mariae, quae fuit uxor Clophae (ac deinceps Alphae) ut in venis S. Jacobi minoris maneret. Quibus positis inferre possumus parentum virtutes cum sanguine ad filios oram migrare. Cum S. Jacobus, Rectissima Virgine concepit, propius, quam quilibet hinc cognatione attigerit Salvatorem, hinc sequitur ipsum eadem habuisse studia, & perfectas virtutes Jesu imitatum fuisse, cum tot, & adeo perfectas cum divino Salvatore rationes haberet.

Applicationes quorundam locorum Bibliorum huic argumento.

Præfator S. Jacobi virtutes in Episcopatibus.

**A**lii decebat, ut nobis esset Pontifex, sanctus, innocens, im-pollutus, segregatus a peccatoribus. Hebr. 2. S. Jacobus ad sublime Episcopatus officium vocatus, juxta divinum exemplum fuit Pontifex innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, & si minus sine peccato conceptus fuit, Sanctus Hieronymus, & S. Epiphanius testantur, illum in matris utero sanctificatum esse. Salvator Philippo dixit; *Philippus, qui videt me, videt & Patrem meum* (Joana. 14.) cum ille diceret postquam, S. Jacobum Fratrem Domini tantam cum illo habuisse consuetudinem, ut qui discipulum videbat, perfectam Magistri videret imaginem. Id. reperit in Sancto Iosachia Martyre sanctam caritativam proficiendi Hierosolymam ad Venerabilem hunc Apollolum oculis suis utrumque, qui & oris lineamentis, & vite virtutibus Salvatoris simili erat. Postquam vero similis illi spiritu vivitatis, & pacis, Dei Filius fuit in characterem operavit lenitatem: *Discite a me, quia mitis sum.* (Matth. 23.) Pacavit omnia, & cum Patre homines reconciliavit. Haec suavitas & hic pacis amor in S. Jacobo obitarent. Hic fedavit turbas in ipsis Ecclesiae incunabulis, & exoneravit populum pondere circumfessionis, & legis Judaeae, ut Spiritus omnes conjungeret. Sed magis gloriosa est conformitatis ejus cum Jesu Christo fuit heroica illa oratio, quam ad exemplum Jesu Christi effudit pro inimicis suis; quam de praeterea tunc evoluit in praecipua suo asperis caute, furcibus, & Deum pro illis deprecatus est, a quibus sibi adeo terra mors intereratibus suis, illud verbum, quod usurpaverat Jesus Christus pro carnificibus suis, conatus eorum excusare levitatem, & crimen referre in ignorantiam; *Ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.*

S. Jacobus dupliciter fuit filio Dei.

**Q**ui praefertim, hoc & praedestinatus conformes fieri imaginis filii sui. Rom. 8. Cum S. Paulus ait, *Et cum Patrem praedidit futurum, ut omnes praedestinati similes fierent imaginis filii sui;* non intelligit de nihil similitudine, sed virtutum, ac morum; hoc tamen nihil imminuit debitam laudem Sancto Jacobo Minoris, sed potius novum illi decorem addit, quandoquidem inter omnes Sanctos gloriosi potest, quod duplicem habeat cum Salvatore mundi similitudinem, cum propter eximas virtutes, tum propter similia oris lineamenta; & si de fide est corpora nostra eadem resurrectura, & cum eadem lineamentis, quae nos in hac vita mortali a fratribus nostris secerant; quod deus, & gloria futura est Sancti Apolloli nostri, qui in generali resurrectione inter reliquos Apollolos apparebit, corpore toto simillimus Judici Universorum, & anima ornata omnibus illis virtutibus, quibus gloriosus ille prototypus inclamatur!

Multum valet deprecatio iusti assidue.

Epist. Jacobi s. S. Jacobus praebuit nobis exemplum, non solum perseverantiae in oratione, veram etiam ejus observantiae, & obsequii, quibus nobis accedendum est ad Deum preces nostras oblaturis. Jugis erat oratio illius, & ex hoc fonte hauriebat tot gratias Magnificentiae Dei nostri. Noctua modicum temporis spatium somno, & requisi tribuebat: interdu vero adeo parum cessabat, ut diceret, orationem ejus nullam admittisse interpellationem, ipsamque oblitum fuisse omnium corporis necessitatum, ut hinc unum Spiritus actioni vacaret. Diximus jam eadem genium ejus ad imitandum occalluisse, adeo erat assidulus in oratione, comique ille ut plurimum orare facie in terram demissa David imitatus: *Adhaesit pavimento anima mea.* (Psalm. 121.) S. Chrysolomus narrat frontem ejus callum abbas esse aequae ac genas, certissima jugis ejusdem orationis argumenta: quod ille dixerat a Divino Instructore apud S. Lucam dicitur: *Oportet semper orare, & nunquam cessare.* (Luc. 18.) Hoc orandi genere S. Apollolus palam nos docet, quanta reverentia noluit offerre debemus Deo; & S. Ambrosius multo potius inquit, humilitate nostra commendari orationem, heneque ut sit Dominus acceptor, *Humi-*

litas orationem commendat. (Ambrosius de Cain & Abel.) Et fac ne quoniam obsequii senta ad Dei Majestatem debemus accedere, cum eadem nostras necessitates sumas significaverit? *Loquar ad Dominum, cum sin patris, & civis.* (Genes. 10.) Propheta quidam aiebat. Luno ex Apolloli consilio hinc fidelis incipere debet orationem suam, videlicet per actum fidei; Deum adesse, ut nosmet animo, ac mente colligamus, ac illud pra nobis feramus obsequium, quod potuit praesentia Dei quocum loquimur. S. Rex David humilitatis & nihili sui sensu adductus neciebat quem corporis habitum in oratione sua tenere posset ad inveniendum altissimum illud obsequium, quo Deum suum verebatur; voluisset se in pulvere trahi, ventre in terram abiectione cum purpure, & omni regio cultu regere, ac in abyssum se demittere, nullum repensit situm satis humilem, unde adeo sublimem Majestatem alloqui posset. *Humilitas est in pulvere anima nostra, & conclusivata est in terra neuter nosse.* (Psalm. 33.) Ecce autem unum ex plurimis locis, ubi crebro delusum in precibus nostris, quod illas non constantiam cum reverentia non solum exteferit, quam loca circumstantia permittere possunt, sed potissimum interiori; idque eo quod non indiumis sensu dignos magnitudine illius, ad quem sumus locuturi. Saepe ipsi nosmet non audimus, S. Augustinus ait, quomodo vero audiri volumus a Deo? Uadeam hoc frigus, hanc ignavia, hanc tedia, hanc mentis evagationes, & mentis carentiam in orationibus nostris? Nisi quod non ad veritatem animam ad illius Majestatem, cum quo loquimur? Si mens nostra repleta esset magnitudine Dei, elemus ne adeo frigidum in affectibus nostris, adeo errabundum in nostris cogitationibus, adeo languidum in desideris, adeo inconstantes in locutione consilii?

**D**e tibi partem extra fratres tuos. Genes. 28. Haec verba protulit Jacob Patriarcha allocutus Ioseph filium suum, ut Jacobi privilegia testaretur benevolentiam, tamquam filio de se optime merito. Hoc eodem pacto unus est Mundi Salvator erga S. Jacobum; testatur hunc Apollolum singulari amorem, quo illum prosequatur, & quem respiciit ostendit, cum universum terrarum orbem divisit Apollolis unquamque partem assignans, antequam ab illis abiret, restituit ad Patrem, S. Hieronymus inquit, *S. Hieron. in Epist. ad Galatas.* peculiariter commendavit S. Jacobo Hierosolymitanam Ecclesiam, pro qua tot labores, atque adeo mortem ipsam subsiderat, illum iumentis in Sedem suam, tamquam verum fratrem, Reliquit illi Ecclesiam hanc tamquam delecta in domum, ut per illum ipsi quales illos adquiret, post decessum suum, atque ut hoc ipso pacto legem repleat, Isaia 3. hic Apollolus (in Act. Rom. 3.) considerari potest tamquam Episcopo Hierosolymitanum itam post Ascensionem Filii Dei, qui in re S. Joannes Chrysolomus epus celebrat modestiam, eo quod tunc de S. Mathie electione verba non fecit. Alii Apolloli non minore modestiam testati sunt erga Sanctum nostrum, illi concedentes sine ulla disputatione locum adeo in signum, & qui melius S. Petro convenire videbatur, ut Salvator qui illi Sedem Hierosolymitanam conferret, eundem minime constitisset totius Mundi Doctorem, Apollolus nosster citra invidiam sentum viderat, Dominum ipsi praetulisse pluribus in locis Sanctos Petrum, Jacobum Majorem, & Joannem, quamquam illius fratres non essent, ut ipse; ita aequo tolerant animo tres illi Apolloli Jacobum iustum in Hierosolymitanum Episcopatum consecrari; neque hunc filii hominum deponerent, praetereant insignia beneficia, quae erant veluti Calum novum, ubi nulla regnabat contentio nulla xolotyptia, quae nonnunquam gliscebant inter Apollolos antequam Jesus Christus pro illis, & pro omnibus hominibus sanguinem suum effudisset.

**Q**ui constituitur me coram hominibus, confitebor et ego eum coram Patre meo, qui in Caelis est. Matth. 10. Post obitum Salvatoris Mundi Judaei omnino delere cupientes memoriam, & Religionem Christianam, nihil invennerunt aptius, & efficacius, quam cogere S. Jacobum, ut negaret Dei Filium, ac illius fidem abdicaret. Hac de causa crecessit illum coram universo populo, quem sciebat virtute illius esse preventum; licet eorum nonnulli bona agerent fide, cum illo con-questi sunt, quod populus aberraret in his, quae ad Jesum de Nazareth pertinebant, eumque Christum esse putabant; per simulationem subsidentes, illius interesse talem errorem excutere a populo, qui ab illius ore pendebat, magnum in illo fiduciam reponuerant. Dixerunt enim illi; te agnoscimus hominem iustum, verum, sine dolo, sine calliditate. Coegerunt igitur illum, ut super Templi gradibus ascenderet, quomodo ascendisset, unde omnes illam loquentem audire possent, dixerunt illi: Dic tu, vir iuste, quid nobis credendum sit de Jesu, qui fuit crucifixus; tuae quippe sententiae, ac testimonio adhaerebimus. Tunc dixit illis Jacobus: Audite testimonium, quod veritati perhibebimus sum. Hic Jesus Filius hominis, de quo loquimini, in Caelis est, sedens ad dexteram Majestatis Dei, uade aliquando tamen venturus est in nubibus Caeli ad homines iudicandos. Hic ille Messias est, quem expetebant Patres vestri, & in quo tota fide esse debet fiducia nostra, & spes Israel. Testimonium hoc debet fieri, quod Apollolus veritati perhibebat, Scribas & Pharisaeos ita excaecavit, ut perire pleni, lumina adeo nitens sustinerent minime valentes, illum de templi vertice decurrerunt. Per invidiam ergo Sanctus hic factus est Martyr veritatis.







